

alit *Panacem Ginseng*, eodem nomine vernaculo «ninzin» designatam, planta *chinensis* vero Rumphii Amb. VI. Auct. 21. fig. 1. videtur *Borraginea* quae-dam facie fere *Lithospermii* cuiusdam grandiflori.

*S. Ninsi* L. Cod. 2025. — Radice fasciculato-tube-rosa ad collum cauleque ex axillis bulbiferis; foliis ri-gide membranaceis, primordialibus caulis atque innovationum simplicibus ovatis, inferioribus pinnatisectis ceteris ramealibusque trisectis, segmentis omnibus sessilibus vel terminalibus rarius in petiolulum bre-vem alatum decurrentibus, argute acuminato-serratis, lanceolatis vel linearis-lanceolatis (in planta culta latioribus); calycis dentibus distinctis; fructu ovali, vit-tis in quavis vallecula et sub quovis jugo nec non ad commissuram utrinque in singulas maximas subcon-tiguas confluentibus. — Kaempf. Amoen. 818. tab. p. 819., (exclusa radice venali seorsim delin. fig. 4, quae *Panacis Ginseng*). — Burm. I. c. quoad radicem seorsim adumbratam, e Kaempfero desumptam. — *Mukago nindzin*. Soo bokf. V. 28. — *S. Sisarum* Thbg? Fl. 118. (ex nomine japonico) — non L.

Hab. in *Kiusiu*: pratis m. Naga non procul a Na-gasaki, init. Octobris fr. mat., *Nippon*: in fruticetis praticisque circa Yokohama, sat frequens, fine Augusti fl., fine Septembris et Octobris frf.

Ipse tantum spontaneum et semper angustifolium vidi, segmentis illa *S. cicutifolii* Gmel. longitudine et tenuitate aemulantibus, foliis tamen infimis caulis et saepe ramorum exceptis quae rotundato-ovata inciso-serrata. Kaempferi icon vero, ad plantam cultam delineata, habet segmenta foliorum tam lata ut in *S. Sisaro* L., nihilominus huc duxi ob caulem bulbi-ferum, segmenta terminalia sessilia et fructum bre-viorem. Radicis venalis vero figura est *Panacis Gin-seng*, ita ut de patria pro *Ninsi* nostro Corea dubi-tare licet.

*S. Ninsi*, Thbg. l. c. vix huc, sed potius ad *Pana-cem Ginseng* ducenda videtur.

Sia carpophoro bipartito calycis laciniis obsoletis ad *Pimpinellae* sect. *Tragoselinum* nuper ducuntur a Benthamio, sed quum *Sisara* nostra duo (*nipponicum* et *Ninsi*) calycis limbo distinctissimo gaudeant vit-tasque pauciores habeant, melius duxi sub genere pristino describere. — Ab eodem autore *S. cicutifolium* Gmel., e *Japonia* exul, sed in *Mandshuria* et *Sibiria* orientali frequens, identicum cum *S. linearis* Michx.

declaratur (Benth. et Hook. Gen. pl. I. 888. sub *Apio* sect. *Mauchertia*), omni jure uti videtur, sed fructus maturos plantae americanae examinare mihi non contigit.

*Lampsana apogonoides*. Annua pusilla glabriuscula, foliis fere omnibus radicalibus lyrato-pinnatisectis, segmentis ovatis dentibusque paucis acutis apiculatis, caulinus unicus abbreviatus vel nullo; caulinis folia primum vix demum duplo superantibus 1—5-cephalitis, pedunculis longissimis fasciculato-racemosis basi bractea oblonga fultis floriferis erectis fructiferis cer-nuis; involucro cylindrico squamis planis cucullato-acutis, calyculi squamulis 4—5 distinctissimis ovatis obtusis; achaenio linearis-oblongo apice attenuato ob-solete striato sericeo-pubescente. — *Ko oni-ta-birako*. Soo bokf. XV. 31. opt.

Hab. in *Japoniae oryzetis* requietis, uti videtur vul-garis, v. gr. circa Nagasaki, Martio fl., initio Aprilis fl. c. fr. mat., eodem loco et tempore etiam ab Old-ham collecta, № 499.; in *Nippon*, ex opere citato.

Simillima *Apogoni humili* Ell., a quo genere bene distingueda tantum calyculi praesentia achaenioque haud transverse striolata. — *L. parviflora* A. Gray (*Yabu ta-birako*. Soo bokf. XV. 32. opt.), in sylvis gra-minosis per totam Japoniam crescens, et varians a palmaria ad tripedalem altitudinem, habet involucra ovoidea squamis acuminatis, calyculi parvi squamas pauciores, achaenia late oblonga, acute profunde striata, apicem versus scabra. — Subsimilis primo aspectu etiam *Crepidii stoloniferae* (*Ixeridi* A. Gray), quacum similibus locis crescente primum confudi atque nimis pauca specimina collegi, nostram pro statu juvenili illius perperam habens.

Plantula 2—7 pollices alta, primum densifolia pe-dunculis immersis, postea laxior et magis elongata atque ita in opere laudato delineata, capitulis circa 10-floris luteis.

### ULMACEAE

orientali-asiaticae.

*Zelkowa* Spach.

*Z. Keaki* Siebold Syn. pl. oecon. n. 170. p. 28. 1830 — sub *Ulmo*. — *Z. acuminata* Pl. in Comptes-rendus de l'Acad. de Paris. 1872. I. 1496. — *Planera acuminata*, Lindl. Gardn. Chron. 1862. 428. — *Pl. japonica*, Miq. Prol. 254. (1867.) — *Corchorus hirtus*,